2823 fragmentum marmoreum Gabiis rep. a. 1792.

OSA|

Marini ms. Vat. 9126 f. 63; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 156 (208).

Vide ne recens sit vel falsa. Rivulus Osae Gabios non magno intervallo praeterfluit; non longe inde abest taberna dicta *osteria dell' Osa.*

2823*a* fragmentum fortasse epistylii, Gabiis in maceria quadam.

VLLV Descripsit Stevenson.

2824 cippus rep. anno 1794 *presso la via prenestina vicino a Pantano nel fondo Cesi nello scavo del principe Augusto* VISC. Rep. prope urbem anno 1793, deinde apud quadratarium quendam in Quirinali MAR. Nunc in museo Lateranensi.

crux sculpta
FELIX · VI
EX CONSVLE ORD
SERVVS · VEST · PRO
CONTINVIS BENE
5 FICIIS VESTRIS
OPTVLIT

Descripsit de Rossi. E. Q. Visconti ms. Paris. 8 f. 320; Marini cod. Vat. 9071 p. 84 (inde Mai script. vet. vol. V p. 195, 3), idem edidit Arv. p. 642; de Rossi *museo epigr. Lat.* tab. 2 cf. *bull. crist.* 1873 p. 115 not. 3, 1877 p. 11.

1 *Felix v(ir) i(nlustris).* — 2 Felices consules ordinarios fasti aetatis labentis cum habeant duos, a. p. C. 428 et a. 511, huic hanc inscriptionem tribuit Rossius propter litteraturam et ornamenta cippi.

XVIII. Inter Labicos Praeneste Gabios. *S. Cesareo. Zagarolo. Gallicano. S. Pastore.*

2825 basis marmorea. Nuper effossa in agro Zagaroli VIGN. (Romae) in viridario domus Rospigliosae, reperta in praediis domus Rospigliosae ad columnam mill. 14 extra urbem via Labicana seu Praenestina BIANCH., ubi in numero milliarii videtur error subesse. Rep. *fra il colle di S. Cesario ed il secondo Labico* [quod collocatur a Ficoronio *presso le rovine del Castel Torrito nella contrada detta 'la Torre delle Marmore'*], *trasportata in Roma nel giardinetto del palazzo Rospigliosi* FIC.

DOMINO PATRI
M · VAL MAXENTIO
VIRO CLARIS ·
VAL · ROMVLVS · C · P
5 PRO AMORE
CARITATIS EIVS
PATRI BENIGNISSIMO

Vignoli, qui vidit, col. Ant. (1705) p. 315 (inde Mur. 753, 3; ex hoc Henzen n. 5570); Bianchini cod. Ver. 347 f. 14 qui descripsit d. 20 Febr. 1706; Ficoroni *le memorie della prima e seconda città di Labico* (1745) p. 44, auctore non laudato.

2 MAXENTIO Vign. Fic., item Bianch., sed litteras plerasque evanidas esse significans (sic: MAXENTIO). — 4 in. ..AL Vign., VAL Bianch., M·VAL Fic. (cum Mur.) — 7 PIENTISSIMO Fic.

2826 basis marmorea, rep. una cum n. 2825 BIANCH.

DOMINAE MATRI
VAL · MAXIMILLAE
NOB · FEM ·
VAL · ROMVLVS C · P
5 PRO AMORE
ADFECTIONIS EIVS
MATRI CARISSIMAE

Bianchini cod. Ver. 347 f. 18 qui descripsit die 20 Febr. 1706 (ex huius schedis Maffei mus. Ver. 312, 6; ex hoc Henzen n. 5571).

Tractavit Borghesius *Antologia di Firenze* vol. 18, 1825 p. 87 sq. = opp. 3 p. 146 sq. Maxentius est is qui inde a mense Oct. 306 usque ad a. 312 Romae imperavit, adhuc privatus, Valeria Maximilla uxor eius, filia Galerii Valerii Maximiani Caesaris postea Augusti (unde in excerptis Valesianis 3, 7 et a Lactantio de mort. persec. c. 18 cf. c. 26 Maxentius dicitur Galerii gener) et propterea dicta *nob(ilissima) fem(ina).* Ipse Maxentius quod *vir claris(simus)* tantum appellatur, non *nobilissimus*, licet et ipse filius Augusti Maximiani Herculei, id, iudice Borghesio, inde explicandum est, quod hi tituli videntur positi esse postquam Maximianus imperio se abdicaverat et privatus factus erat. Teste Victore (epit. 40) Maxentius tunc cum imperator dictus est, degebat *in villa sex millibus ab urbe discreta itinere Lavicano*; ubi significatur fortasse is ipse locus, quo hi tituli reperti sunt, numero tantum millium apud Victorem corrupto. — Qui titulos posuit, Valerius Romulus *c(larissimus) p(uer)* est is qui postea a patre divus dictus est.

2827 lapis marmoreus formae rotundae altus m. 0,70, latus m. 1,30. Rep. *a S. Cesareo fra La Colonna, Monte Compatri e Zagarolo, e precisamente nel quarto chiamato Campo gigliaro* [significatur sine dubio *Campo Gillaro* formae publicae nuper editae, qui est a S. Caesareo Monte Compatri versus] *già tenuta del principe Rospigliosi, che ora viene ridotta a vigna da Domenico Missori di Monte Compatri* SARTI. Extat in praedio S. Caesarei in cavaedio praetorii Rospiliosorum.

CORELLIAE · C · F · GALLAE · PAPIANAE
VXORI · C · CORELLI N · F · FAB
QVAE · TESTAMENTO · DEDIT · COLONIAE
MENTVRNENSI · HS · C̄ · ET · MVNICIPIO · CASINI · HS · C̄
5 ITA · VTI · VII · IDVS · MART · NATALI · SVO
QVODANNIS · CRVSTVLVM · ET · MVLSVM · DETVR
EX · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT · HS · C̄

Descripsimus Petrus Rosa, de Rossi, ego. Exhibet Sarti ms. acceptam a Leandro Ciuffa Montecompatrensi die 14 Mart. 1837; Borghesi in epistula data ad Gazzeram a. d. XII. kal. Mai. 1837. Edita est huius corporis vol. X p. 979.

2828 parvus cippus litteris lectu difficilibus. In praedio S. Caesarei in cavaedio praetorii Rospiliosorum ROSSI. Nuper ego frustra quaesivi.

D · M
C · IVLI · BERONICIAN
E DVLCISSIME HAVE
QVI · DOLOREM · RELIQ
5 VISTI NVTRITORIB
VS · TVIS · VIXIT · AN · V ·
M · VI · D · XV · CN · POMP
IANVARIVS · ET POM
PEIA · B · M · FECERVNT

Descripsit de Rossi.

2829 cippus marmoreus rep. anno 1830 *a S. Cesareo presso Palestrina* CARD. Extat in praedio S. Caesarei in praetorio Rospiliosorum.

D M
OCTAVIAE
APHRODISIAE
urceus FILIAE · DVLCISSIMAE patera
5 QVAE · VIXIT · ANNIS
XXVI · MENS · IIII ·
OCTAVIA · PYRRICHE
MATER · FECIT

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Habet Cardinali *dipl.* n. 312.

1 DMS Card.